



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Ionam Prophetam Commentariorvm, Liber
Primvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS IN IONAM PROPHE TAM
COMMENTARIORVM, LIBER PRIMVS.



Factum est verbum domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & vade in Niniven civitatem magnam & prædica in ea, quia ascendit clamor malitiæ eius coram me. ¶ Mirentur fortasse grammatici quod per coniunctionem sic incipit: Et factum est verbum dñi, cum de litera nihil præcesserit. Nos autem si causam attendimus, cur Ionas ad gentes missus sit prædicare illis, non miramur. Nam non solum bene: verum etiam mirabiliter & gravissime sonat auribus nostris initium huiusmodi. ¶ Quæ enim causa extitit? Illa nimis: quia filij Israel, prophetas dñi non audierunt. Tot prophetæ missi sunt, tot mirabilia facta sunt, toties prænuntiata est illis captivitas propter multitudinem peccatorum, nec unquam poenitentiam egerunt. Neque enim saltim unius regis tpe vitulos aureos colere cessauerunt, & ne unus quidem ex oibus regibus decem tributum recessit à peccatis Hieroboam qui peccare fecit Israel. Vt de cæteris taceam, Helias missus in sermone & spiritu domini mira multa fecit, & nequaquam effecit ut relinquerent vituli illi, licet propter signa tandem hoc obtinuerit ut sciret populus quod Baal non est deus, clamaretque: Dominus ipse est deus, dominus ipse est deus. Successit illi discipulus Heliseus qui & pro hac intentione ut populum reuocaret plura quæ ille fecerat volens signa facere. Obsecro (inquit) ut fiat spiritus tuus duplex in me, factumque est quod petiuit: Nam si rite numeres, Helias quidem octo, Heliseus vero sedecim signa fecit: & hoc duplum fuit. Post hæc mortuus est & sicut ante mortem ita & post mortem eius vitulorum cultus in Israel perseveravit. Mirabatur autem dominus, & tenebat eum super Israel, sciens quod si ad gentes mitteret, multo faciliores ad credendum eas inueniret. Vnde ad quendam illoque taliter locutus est: Filij hominis vade ad domum Israel, & loqueris verba mea ad eos. Non enim ad populum profundis sermonis & difficilis linguæ tu mitteris ad domum Israel, neque ad populos multos, & profundis sermonis & ignota linguæ, quorum non possis audire sermones: & si ad illos mitterem te ipsi audirent te: Domus autem Israel nolunt audire te, quia nolunt audire me. Experimento illud comprobari decebat, quod taliter dominus in vituperatione Israelis gentes de facilitate audiendi & credendi præferebat. Ad huius experimenti ministerium electus est hic Ionas, cuius post mortem Helisei, taliter scriptura libri Regum mentionem fecit. Ipse videlicet Hieroboam filius Ioas filij Jehu regis Israel restituit terminos Israel ab introitu Hemath usque ad mare solitudinis, iuxta sermonem domini dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi prophetam. Igitur dum per coniunctionem incipit, dicendo: Et factum est verbum dñi ad Ionam: ad ea nos mittit quæ iam diximus: ut sit sensus: Filij Israel non audierunt quæ præceperat dominus, mittens ad eos in manu seruorum suorum Prophetarum, sed indurauerunt cervicem suam, & tradiderunt se ut facerent malum coram domino & irritarent eum & idcirco factum est verbum domini ad Ionam. Surge (inquiens) & vade in Niniven civitatem magnam, & prædica in ea, quatenus in comparatione gentium damnabilis Israel amplius ostenderetur. Et idcirco iudicium domini tradentis uel tradituri illos in captiuitatem irreprehensibile comprobaretur Niniuitis poenitentiam agentibus, filijs autem Israel in ipse poenitentia persistentibus. ¶ Hic Ionas dicitur filius Amathi, i. ueritatis. Tradunt enim Hebræi hunc esse filium uiduæ Sareptanæ, quem Helias propheta mortuum suscitauit, matrem postea dicente ad eum. Nunc cognoui quoniam uir dei es tu, & uerbum domini in ore tuo uerum est. Et ob hanc causam etiam ipsum puerum sic uocatum filium Amathi, Amathi enim in nostram linguam ueritatem sonat. Et ex eo quod uerbum Helias locutus est, ille qui suscitatus est filius esse dicitur ueritatis. ¶ Porro quod ait dominus: Quia ascendit clamor malitiæ eius coram me, hoc ipsum est quod in Genesi dicitur: Clamor Sodomæ & Gomorrhæ multiplicatus est. Et ad Caynam typus est saluatoris mittendi ad gentes, dicendum est, quando ubi uel quomodo factum sit ad eum uerbum dñi, qui utique ipse secundum diuinitatem uocatur & est uerbum dñi. Si quaeris tibi, nimirum ad fluuia Iordanis. Si quaeris quando, uidelicet prædicante Iohanne, & baptizate

Cur a conit
 tione incipiat

Propter duritiam
 Israelis
 Ionas ad gen
 tes missus.
 3. Reg. 12.

3. Re. 17. & 18.

4. Reg. 2.

Ezech. 3.

4. Reg. 14.

Ionas filius
 Amathi.
 3. Reg. 17.

Gene. 18.
 Gene. 4.
 Verbum quo
 ad Christum
 factum est
 Mat. 3.

baptismū poenitentia. Si quæris quō, utiq; apertis coelis, & descendente in eum spiritu sancto in specie colūbæ simulq; perfonante uoce patris. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacuit. Tunc (in q) & taliter factū est ad eū uerbū dñi, quē admodū & ipse ex proprio cōfirmavit Veniēs qppe Nazareth ubi erat nutritus itrauit scdm cōsuetudinē suā die sabbati in synagogam, & surrexit legere, & traditus est illi liber Esaia propheta. Et ut recitauit librum, inuenit locum ubi erat scriptum. Spūs dñi super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, prædicare captiuis remissionem, prædicare annum dominice salutis super eum in specie columbæ descendit: pulchre ipso quoq; nomine figurauit eum. Iohā. 1. Interpretatur enim columba (ut iam dictum est) interpretatur etiam dolens. Quæ nimirum interpretatio & ipsa nihilominus ad mysterium pertinet: quia ipse est quem Esaia uisus lit, & dolores nostros ipse portauit. Ab ipso baptismo poenitentia quem suscepit ierit ingrediens, & deinde pdicando & psecutiōes sustinendo poenitentiam continuans, & p nobis dolens, & dolores nostros usq; ad patibulum crucis portans. ¶ Nunquid autē nescitis quibus pauperibus euangelizare, quibus captiuis remissionē mitteretur pdicare? Nāq; scire poterat quod ad gentes pertineret suæ prædicationis officium, quod scire & prædicare Propheta potuerint: & nouissimus ille Symeon, qui dixit eum salutare gentium parante ante faciem omnium populorū. Lumen ad reuelationem gentium. At tamen ad gentes ire noluit imo & discipulos ne irent, prohibuit: dicens: In uiam gentium ne abieritis. Ezech. 40. Ieri Chananae clamanti post se non cito respondit: sed tantūmodo Iudæis prædicauit: cepto quod in Samaria duos dies mansit. Sequitur ergo. **Et surrexit Jonas ut fugeret in Tharsis a facie domini.** ¶ Dure quidem sonat, neq; saluatori conuenire uideatur quod dicitur, ut fugeret Ionas à facie domini: Sed si fugientis intentionem consideres nec in ipso Propheta ualde est fuga reprehensibilis, quia non eam infidelitas sed pietas fecit. Condolebat enim pio affectu, suæ, id est, Hebrææ genti, eo quod in condemnationem eius mitteretur ad prædicandum Niniuitis, ut in comparatione Israhelis iustificarent Assyrī: & in comparatione Assyrīorū condemnatus Israhel perpetuæ traderetur captiuitati. Non genti salutem oderat, sed suæ gentis damnationem timebat, atq; idcirco fugiens non multum Deo displicebat, imō, ppter pietatis magnitudinē ualde cōplacebat. Magis displicere potuisset, si non doleret, sicut Moses non displicuit, dicendo: Aut dimitte eis hanc noxiam, aut in scriptis dele me de libro quem scripsisti. Nec Apostolus optando esse anathema à Christo pro fratribus suis: sic & iste taliter fugiendo non displicuit, quod maxime rerum exitus comprobauit. Quis enim omnium prophetarum tanto glorificatus est miraculo, tam mirabili Christi mortem atq; resurrectionem præsignauit exemplorū: igitur quod illis non ualde displicebat fugiendo à facie domini: Christum dominum laudabiliter fecisse aliquo modo res manifesta innuit. Nam hic non quidem per inobedientiam unq; fugit, sed pietatis affectu condemnationē suæ gētis ad tps refugit. Testes sunt illæ lachrymæ quas fudit, uidens ciuitatem & flens super illam, atq; dicens: Quia si cognouisses & tu, &c. Testis (inquā) ille est flentis affectu. ¶ Nouit enim & nosse debet Christiana fides, quod in uno eodemq; Christo sicut duæ sunt naturæ, altera diuinitatis, altera humanitatis: ita & duæ erant uoluntates sue operationes. Voluntas diuinitatis erat relinquere Iudæam, & tradere Hierusalem in manus hostium. Voluntas erat humanitatis ut liberaretur suā gens uel ciuitas Hierusalem, & tam miserabile nō pateretur excidiū. Illa iusta, hæc uolūtas erat pia. Porro diuinitatis uoluntas præcedere, humanitatis autem subsequi conueniebat. Obedienter ergo concedens, cum dixisset: Mi pater si possibile est transseat à me calix iste, nolens gentem suā propter mortis scelus interire, subiunxit protinus. Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Et inquit: nō ter mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat uoluntas tua. ¶ Igitur Ionas uoluit prædicare in Ninīue, fugit in Tharsis, id est, in mare Tharsis. Nāq; generaliter mare dicitur, ut illic: In spiritu uehementi conteres naues Tharsis. Christus autem ad hoc natus, ut cum Deus esset homo factus, ut esset ipse expectatio gentium, & saluator eorum, Iudæos

Luc. 4.

Esa. 53.

Math. 4. Christus & si ad gētes mitterebatur uoluit tamen prius annuntiare euangelium.

Luc. 2. Mat. 10. Math. 17. Iohā. 4.

Fuga Iona pia & placens deo

Exo. 32. Roma. 9.

Luc. 9.

Chs ex duabus naturis, duas etiā habuit uoluntates.

Math. 26.

Tharsis mare & generalit. Psal. 47.

fluctibus se tradidit, qui propter crebras seditionum tempestates, amplius q̄ ulla gens ma-
ri similes poterant reputari. Neuter eorū. s. neq̄ Ionas, neq̄ Christus salutem gentibus inui-
dit, sed uterq̄ gentis suæ condemnationem imminere condoluit. **L. Et descendit in Jop-
pen, & inuenit nauim euntem in Tharsis, & dedit nauim eius, & descendit in eam,**
vt iret cum eis in Tharsis a facie domini. Joppen portum esse Iudææ in Regū quoq̄
& Paralipomenon libris legimus: ad quem Hyram rex Tyriligna de Libano ratibus trans-
ferebat quæ Hierusalē terrestri itinere perueherent. Iuxta regionis naturā, de mōtanis & ar-
duis ad Ioppen & cāpelstria ueniens, recte descendisse dicitur: & notanda fugitiui & timidi
festinatio. Non locum fugæ otiose eligit, neq̄ em̄ ad certū fugere cupiebat locū, sed primā
arripit occasionē nauigādī quolibet ire festinās. Scdm̄ hanc similitudinē dñs noster synago-
gam introiēs quondā speciosam. Hoc em̄ nomen Ioppe interpretatur speciosa, nauim sibi. i.
euāgelicæ prædicatōis scholā instituit. Illius nauiculæ remiges duodecim Apli fuerūt, qui
bus & dedit nauim. i. dona gratiæ. s. uirtutē & potestātē sup̄ om̄ia dæmonia, & ut lāguores
curaret: p̄misiq̄ regnū cœlorū, ut ingressi mare. i. inquietū pplm̄ Iudæorū, per ciuitates &
castella circūeundo, & euāgelizādo fortiter remigarēt. Illud quoq̄ ad hoc mysteriū pulchre
alludit, qđ p̄terofq̄ illoꝝ q̄bus eiusmodi nauim dedit de puppibus uocauit. Erāt em̄ piscato-
res, & ad hoc uocauit eos, ut mutato remigio de piscatoribus pisciū faceret piscatores hoim̄.
Igitur passibilis adhuc & infirma caro nondū fortiter obediebat: quia uoluntatē diuinitatis
de repellenda Iudæa gentibusq̄ assumendis exequi tardabat: & sicut iam dictū est, super ci-
uitatē ruituram flebat. Sed didicit (ait Apostolus) ex his quæ passus est obedientiā. Nam p̄
passionē cōsummatas, talis effectus est, ut fortiter obediret: nullūq̄ iam dolorē siue cōpassio-
nem extū: nisi solis p̄ccnitētibz impendere pōt: q̄ppe cum ante passionē suā super impæ-
nitentes fleuerit, nunc impios in inferno ardētes siccis oculis uidet. Qualia pati, uel qualiter ex
his quæ pateret obedientiā discere haberet, præsens mystice præsignauit historia. **L. Bomi-
nus aut̄ misit uentū magnū in mare, & facta est tēpestas magna in mari, & nauis pe-
riclitabat̄ conteri.** Et timuerūt nauē & clamauerūt ad deū, & miserūt uasa quæ erāt
in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis. **Et Ionas descendit ad interiora nauis, & do-
miebat sopore graui.** Quantū ad historiam, & om̄ipotentia dñi, quo aduersante nihil se-
curum est, & nauarū timiditas, & prophætæ magnanimitas describitur: q̄ non tempestate nō
periculis conturbatur, eundem & in tranquillo & imminente naufragio animū gerens. De-
niq̄ alij clamant ad deos suos, uasa proijciunt, nititur unusquisq̄ quod potest, iste tam quie-
tus est & securus animiq̄ tranquillū, ut ad nauis interiora descendens, somno placido perfru-
atur. Veruntamen quod dormit, non securitatis est sed mœroris. Nam & Apostolos legi-
mus in passione domini præ tristitiæ magnitudine somno fuisse depressos. Porro iuxta cę-
ptum mysterium turbatio maris siue magnitudo tempestatis, & periclitatio maris, Iudaicæ
sunt seditiones & persecutiones, & uniuersæ domini passionēs. Timor nauarum, timor est
Apostolorum: & dormitio Ionæ, magna est tranquillitas diuinæ in Christo patientiæ, qua
semetipsam continens fortitudo maiestatis, humanitatem suam suosq̄ discipulos periculis
eximere distulit. Quod ut amplius perpendere delectet, simul ad memoriam reuocandum
est: quia ipse Dominus Deus noster in sua persona quodam tempore nauiculam ascendit,
& secuti sunt eum discipuli eius, & motus magnus factus est in mari, & timuerunt discipuli,
ipse uero dormiebat. Et hic & illic motus maris uim persecutionis, & dormitio taciturnita-
tem patientiæ eius significauit: quam non ferentes, in nostra tribulatione dicimus: Exurge,
quare obdormis Domine. Alibi quoq̄ cum itidem nauicula iactaretur fluctibus: legimus
eum ad discipulos uenisse ambulando supra mare: quo miraculo significabat, quod po-
tenter superaret easdem passionēs suas. Nunc rem secundum ordinem literę persequamur.
¶ Dominus (inquit) misit uentum magnū in mare, & facta est tempesta magna in mari.
Quis ille uentus fuit qui turbas Iudæorum quasi mare turbauit, nisi spiritus seductionis, q̄
illos in odium Domini nostri concitauit? Ille intus eos perflauit, ut aduersus eum fremeret,
& semetipsos seditionibus turbarent. Sed quomodo eiusmodi uentum dominus misit? Iusto:
uidelicet iudicio: quia suo illos sancto spiritu semper restitisse cognouit. Nonne propter eā
dem causam ad decipiendum Achab regem Israhel misit spiritum mendacię? Dixit enim:

Ioppe
3. Regū. 2.
2. Para. 20.

Luc. 9.

Luc. 19
Heb. 11.

Somnus Ion
ex magno
mœrore ob-
repsit.
Math. 26.

Mat. 8

Psal. 43
Mat. 14

Vetus in ma-
ri.

3. Reg. 22 Quis decipiet Achab regem Israhel, ut ascendat in Ramoth Galaad? Et dixit unus uerba huiusmodi, & alius aliter. Egressus est igitur spiritus, & stetit coram domino, & ait: Ego decipiam illum. Cui locutus est dominus. In quo? & ille ait: Egrediar, & ero spiritus mendacium in ore omnium Prophetarum eius. Et dixit dominus: Decipies & praeualebis. Egredere & fac ita. Quomodo tunc misit spiritum mendacium ad decipiendum illum, qui cum uxore sua Ierabeel occiderat prophetas domini, sic spiritum malum misit quo concitaretur Iudaei. Sicut tunc re uento solet moueri ut aduersus dominum fremerent, & mensuram patrum suorum implerent: dicit aliquis. ¶ Ergo ne Iudeos dominus tam malos esse fecit, aut tam malos esse uoluit, ut occiderent Christum filium dei? Non utique malos illos fecit, aut malos esse uoluit, sed ut mali essent, facultate malitiae complendae illis permisit. Sic & de Pharaone oportet intelligi. Non enim illum Deus malum esse fecit, sed cum malus esset in regem illum excitauit, ut ipso ostenderet fortitudinem suam, id est, ut de nota persona daret exemplum quam bene posset deicere hominum superbiam. Itaque sicut querenti: Cur Deus Pharaonem cum reisset malus excitauerit in Regem, recte respondetur. Idcirco ut in ipso ostenderet fortitudinem suam. Ita querenti: Cur Iudaeos cum essent mali permisit huius potestate occidere? Christum recte respondetur, ut in illos scelere terminaret iram suam ulciscendo super genus humanum in Christo, in quo posuerat iniquitates omnium nostrorum. Igitur uentus magnus quem misit dominus in illud mare, id est, in illum populum amarum & profundae malitiae ille immundus spiritus est, de quo ait Christus eodem loco ubi tentantibus & signum querentibus respondens non esse signum illis dandum, nisi signum huius Ionae: haec interlocutus est. Cuius mundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quaerens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam unde exiui. Exierat enim de populo illo, quando in monte Synai legem accepit: reuersus est in eum, quando uidens filium Dei daemonia eiecisse eum blasphemauit, dicens: In Beelzebub principe daemionorum eiecit daemonia. Idcirco tunc dixit: Cui immundus spiritus exierit ab homine & caetera. Illa reuersio dicentis: Reuertar in domum meam unde exiui: Talis missio fuit domini, qualis loco uel tempore supra memorato quando spiritui mendacium dicenti: Ego decipiam Achab sic, & sic ipse respondit. Decipies & praeualebis. Egredere & fac ita. Eodem (inquam) modo dicentis: Reuertar in domum meam unde exiui, & faciam nouissima illius peiora prioribus: dixerit iustus iudex Dominus. Reuertaris & praeualebis: siue, Reuertere & fac ita. Nam eo quod ueritate carnis non receperunt ut salui fierent, idcirco misit in mare illud uentum eiusmodi: idcirco misit & mittet illis Deus operationem temporis (ut Apostolus ait) ut credant mendacio, & iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. ¶ Et facta est (inquit) tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Propter navigationem Ionae facta est in mari tempestas magna. Propter praedicationem Christi facta est in populo Iudaeorum commotio magna. Hinc est accusatio illa tu multuantium atque dicentium. Commouit populum docens per uniuersam Iudaeam, incipientem a Galilaea usque huc. Nauis periclitabatur conteri, & nauis timuerunt. Euangelica doctrina a contradicentibus & blasphemantibus saepe impetita est & Apostoli in timore fuerunt. Et illi quidem Deum uerum adhuc nescientes, ad Deum suum clamauerunt: Apostoli autem in ipsa periclitatione inter blasphemias Iudaeorum Christum filium Dei confessi sunt. Et interim idem nauis mittebant uasa quae erant in nauis in mare, ut alleuiare facerent eis, id est, omnia quae in hoc loco haberi possunt uel concupiscibilia sunt, negligebant, continebant atque abiciebantur magis essent liberi atque expediti secundum consilium dicentis: Nolite portare sacculum, neque pergram, neque calciamenta, neque duas tunicas habeatis. At ipse dormiebat, quia cum esset omnipotens, suam omnipotentiam continebat, neque Iudaicae tempestatis ulcisceretur iniurias. Sequitur ergo. ¶ Et Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. Quomodo enim in tanta inquietudine quietus dormire potuisset, nisi quia in figura contingebat illi, & ceterum tu agebatur ut dormiret. Denique futurus erat (ut sicut iam dictum est) inter tempestates Iudaeorum Dominus noster cum esset fortissimus Deus ualde patienter sese haberet, quod dormire quodammodo est. Ille sopor recte dicitur grauis, quia nimirum graue fuit Apostolis quae est & nobis, illum qui custos Israhel est dormire in aduersis, dum tam blasphemias Iudaeorum mini suo, quae pressuras, quas in hoc mundo habent eius, non citius compescit. *¶ Et accitit*

ad cum gubernator, & dixit ei: Quid tu sopore depumeris? Surge, inuoca deum tuum, si forte recogiter deus de nobis, & non pereamus. ¶ Gubernator ut naturale est uiam quæ in suo periculo de alio plus sperare, cum deberet uectores timidos consolari, cernens discriminis magnitudinem excitat dormientem, & arguit improuidæ securitatis, commonet, & ut ipse quoque pro uirili portione deprecetur Deum suum. Hic Petri Apostoli typus est. Ille enim dicente Domino: Quem dicunt homines esse filium hominis? Item ꝑ: Vos autem quæ me esse dicitis? Respondens ante cæteros, uel primus inter cæteros. Tu es, inquit, Christus filius Dei uiui. Et pro hoc merito sic inter cæteros Apostolos in ecclesia, quomodo inter cæteros nautas gubernator, siue proreta præeminet in nauicula. At ille talis designatus à Domino dicente: Beatus es Symon Bariona, & cætera. Cum protinus idem dominus cepisset ostendere discipulis suis: quia oporteret eum ire Hierosolimam, & multa pati à senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & die tertia resurgere: assumens eum cepit increpare illum, dicens: Absit à te Domine propitius esto tibi, non erit tibi hoc. Hæc nimirum dicens: quasi gubernator Ionam cur dormiret, increpabat: quia Dominum pati prohibebat, suadens ut sua potius uirtute tanquam uigilans uerteretur: utpote Dei filius potens & fortissimus. Sequitur. **¶ Et dixit uir ad Collegam suum: Venite, & mittamus sortes, ut sciamus, quare hoc malum sit nobis, et miserunt sortes, et cecidit fors super Ionam.** Nouerant illi naturam maris, & tanto tempore nauigantes, sciebant tempestatem uentorumque rationes. Et utique si solitos, & quos aliquando experti fuerant, fluctus uidissent confulgere, non cum forte aut horum naufragij quærent, & per rem incertam certum cuperent deuitare discrimen. Nec statim debemus sub hoc exemplo fortibus credere, uel illud de Actibus Apostolorum huic testimonio copulare, ubi forte Matthias in Apostolatam eligitur, cum priuilegia singulorum non possint legem facere communem. ¶ At uero iuxta ceptam tropologiam, quotiens aduersus CHRISTI nauiculam Christi discipulos, mundanorum confulgit tempestas fluctuum, talis fors & taliter mittenda est, ut sciat unusquisque cuius causa malum illud sit, uel quæ sibi causa sit patiendi. Potest enim esse ut in persecutione Christiani nominis non tam ipse CHRISTVS quam aliud quid in intentione uel conscientia repositum sit. Propter quod patiatu homo qui Christianus dicitur, & undantibus fluctuet aduersis. Quod si ita non esset, nequaquam Paulus diceret. Et si tradidero corpus meum ut ardeat, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Potest etiam euenire ut in CHRISTVM credens, quis pro suo malefacto patiat quid ab infideli. Hinc Petrus ait: Melius est beneficientes si uelit uoluntas Dei pati quam maleficientes. Item: Nemo uestrum patiatu quasi homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Beata illa conscientia, in qua testimonium habet quis quod patiatu ut Christianus: quod patiendi uel passionis causa sit ei CHRISTVS. Tunc reuera cadit fors super CHRISTVM, sicut ceci dit super Ionam, quod ipse se uentium esset causa fluctuum. Talem conscientiam sancti habebant Apostoli inter Iudæos procellosos. Exempli causa: Quando dixit Thomas ad condiscipulos: Eamus, & nos moriemur cum illo. **¶ Et dixerunt ad eum: Indica nobis, cuius causa malum istud nobis sit. Quod est opus tuum? quæ terra tua? et quo vadis? uel ex quo populo es tu?** Notanda breuitas, quæ apud insignem Poetam placere solet uerbis istis. Iuuenes, quæ causa subegit Ignoras tentare uias? quo tenditis? inquit. Qui genus? unde domo, pacem ne huc fertis an arma? Interrogatur persona, regio, iter, ciuitas, ut ex his cognoscere, & causa discriminis. Indica (inquit) nobis, cuius causa malum istud sit? quid operis agis? De qua terra? de quo populo profisciscaris, quo abire festines? ¶ Porro Dominum nostrum non solum sui nauatæ, id est, Apostoli sui secretis percunctationibus sciscitabantur, ut scirent: uerum etiam publicis tumultibus aduersarij eius eadem percunctati sunt, ut uiderent quis esset, quid operis ageret, unde esset, quo tenderet. Cum enim diceret eis: Si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato uestro: Dicebāt ei: Tu quis es? item cum diceret. Adhuc modicum tps uobiscū sum, & uado ad eū q misit me. Queretis me & nō inuenietis, & ubi sum ego uos nō potestis uenire. Dixerūt ad semetipsos. Quo hic iturus ē, qā nō inueniemus eum.

Gubernator Petri typum gerit Matth. 10.

Mat. 16.

Sortibus non credendum. Act. 1.

Sors quando & q̄liter mittenda Christianis.

1. Cor. 13

1. Pet. 3
1. Pet. 4

Luc. 11.

Chrus de ois bus illis, de quibus & Ionas interrogatus est Iohan. 3
Iohan. 7



Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? Sed & gentes eius proter
 ue quaesierunt, cum eo dicente: Et testimonium perhibet de me qui misit me pater, dicens:
 Vbi est pater tuus? Nihilominus quaesierunt. Quod esset opus eius cum eo dicente: Hoc est
 opus dei ut credatis in eum quem misit ille, dixerunt: Quod ergo tu facis signum, ut uideamus
 & credamus tibi? quid operaris? Sed & Pilatus audito sermone dicentium: Nos legem habet
 mus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Ingressus praetorium ite
 ad eum: Vnde est tu? Attamen ante interrogauerat & audierat quod de Herodis potestate
 homo Galilaeus esset. Si ergo illi, quos mystice per tumentes maris fluctus intelligimus, in
 terrogauerunt eum quis esset, quod opus eius, quae terra eius, quo iret, uel quo iturus esset, qui
 tomagis haec interrogasse constat Apostolos familiares & collaborantes illi in remigio
 nauigatoe euangelij, quibus, ut euangelium refert, seorsum loquebat de regno dei. Sequitur ergo
 Mar. 4. **Et dixit ad eos: Hebraeus ego sum. & dominum deum ego timeo, qui fecit mare & aridam.**
 Hebrei apud nomen hic quod Iudaei aut Irahelitis. **3. Regum. 12.**
 Iohan. 6. Iohan. 18. Eia. 37. Luc. 12. Iohan. 13. Chfi timor, humilitas. Eia. 17. Math. 11. Fugere domi num, & a facie domini distiterunt. **Psal. 20.**
 Multum quippe ad mysterium pertinet, quod non dixit: Iudaeus aut Irahelita sum ego, quae nomina. s. Iudaei & Irahelitae discordia diuiserat, quae per Hieroboam scindentem decem tribus a domo Dauid acciderat, sed dixit: Hebraeus ego sum. Hebraeus namque transitio interpretatur. Et hoc nomen ualde Christo congruit, qui non uenit in hunc mundum ad manentem, sed ad regnandum, sed ad pertransiendum tanquam uiator, non habens hic manentem ciuitatem, sed regnum ut transiret, & transiundo salutis opus ministraret, quemadmodum de semetipso tanquam alio dicit, & transiens ministrabit illis. Et euangelista: Sciens (inquit) quia uenit hora eius, ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Et deinde dicit: Et dominum deum caeli timeo, nihilominus humanitati eius congruit, quia ipse est de quo Propheta praedixit, Et replebit eum spiritus timoris domini. Vere timore sancto timoratus & reuerentissimus extitit, timore qui & uere humilitas debet dici & aestimari. Huius timoris, i. humilitatis magisterium proficitur ipse dicendo: Dicitur quia mitis sum & humilis corde. Simul notandum in Propheta, quod non dicitur: Et dominum deum caeli ego fugio, sed ego timeo. Licet enim fugeret a facie domini, nequaquam timere deum caeli ego fugio, sed ego timeo. Aliud namque est fugere dominum, aut fugere a facie domini. Semper malum est uelle fugere dominum, & eorum est maxime, qui illum oderunt. Licet esse fugere non possint sicut scriptum est: **Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt fugere autem a facie domini, id est, refugere sententiam, uel tremendum propositum dei, potest interdum qui deum diligit, quemadmodum iste, qui refugiebat administrare prophetale officium, sed condemnationem suae gentis. Quod autem pertinuit tali in articulo dicere, qui fecit mare & aridam, praefertim illum qui a facie domini fugiens, ierat in mare, relinquens aridam, nisi ut ostenderet certam secundum rationem de omnipotentia creatoris habere fidem uel sententiam, quibus secundum carnis affectum fugitans declinare tentasset impendentem suae genti pro meritis iram. Sic & dominus non ster sine dubio rationalem habens animam secundum ipsam rationem, sciebat insitit sibi diuinitatis iustitiam, sententiam quae saluari gentes, & derelinqui censebat Iudaeam, quibus per humanitatis affectum gentes differens emularetur Iudaeam, ita ut fieret super eam. Et ille quidem fluctibus circumdatus, & illa pestate correptus: dominum deum (inquit) ego timeo: ipse autem Christus ex his quae patiebatur, obedientiam, sicut mandatum dedit mihi pater (inquit) ita facio, subiungens protinus: surgite et timetis, quod idem erat ac si diceret (utpote caelestibus semper mysterijs intentus) quoniam sic est uoluntas patris, Iudaea relicta ad gentes transeamus. Et timuerunt uiri timore magno, & dixerunt ad eum: Quid hoc fecisti? Cognouerant enim quod a facie domini fugeret, quia praedicauerat eis Jonas. Hystoriae ordo praeposterus est: Quia enim poterat dici, nulla causa timoris fuit, ex eo quod quod eis confessus est, dicens: Hebraeus ego sum, & Dominum Deum caeli ego timeo, qui fecit mare & aridam, statim quod idcirco timuerunt: quia inuenerat eis se dominum fugere conspectum, & eius non fecisse praecipua causantur & dicunt: Quod hoc fecisti? Id est, si times Dominum, cur fugis? Si tantum praedicas potentiae quem colimus, quomodo putas te eum posse euadere? Sic & Apostoli Christi non ex hoc timere timuerunt, quia dicebat: Quis nam ipse esset, nisi etiam dixisset eis: quod uenisset dare animam pro redemptionem pro multis, quasi qui fugisset a facie Domini: quod ipse quidem in persona, nunquam (ut superius iam dictum est) inobedienter fecit: sed fecerunt illi, quoniam ipse super se peccata tulit, propter quos oportebat eum pati uel mori. Cum enim**

IN IONAM PROPHE. CAP. I. Fo. CXIX.

Adam & uxor eius uocem dñi dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiē abscon-
derunt se à facie domini dei in medio ligni paradisi. In Adam (inquit) Apostolus omnes
peccauerunt, & idcirco recte dicas: quia omnes in eodem à facie domini se absconderunt;
Christus autem non quidem in anima peccauit, aut sese abscondit, sed eorum qui in illo
peccauerunt, & in illo sese absconderunt à facie domini, super se, ut iam dictum est, peccata
tulit. Hoc Apostolis suis indicauit, quod oporteret ipsum mori, & animam suam dare redē-
ptionem pro illis, & idcirco timuerunt, tam propter semetipsos, q̄ propter eum, quia cum es-
sent adhuc infirmi, nō erant ad moriendum pro illo parati. Sequitur ergo. **Et dixerunt**
ad eum: Quid faciemus tibi, & cessabit mare a nobis: Quia mare ibat & intumescē-
bat. Et dixit ad eos: Tollite me, & mittite me in mare, & cessabit mare a uobis. Scio
enim, quia propter me tempestas hæc grandis est super uos. Et remigabāt uiri ut
reuerterentur ad aridam & non ualebant, quia mare ibat & intumescēbat sup̄ eos. I
Secundum hanc enim similitudinem nauarū, sic timentium & talia dicentium, quis non ui-
deat, pios egisse aut dixisse Apostolos, quando mare ibat & intumescēbat super eos, id est,
quando turba impacabiliter seditiosa dominum quærens circumdabat illos: Videntes enim
ait Lucas, quod futurum erat, domine inquit, si percutimus in gladio: Et percussit unus ex
illis seruum Pontificis, & amputauit auriculam eius dextram, uidelicet Petrus, cuius hic in
naucloero similitudinem intelligimus. Respondens autem Iesus ait: Sinite huc usq; . Et apud
alium Euangelistam: Conuerte (inquit) gladium tuum in locum suum. An putas, quia
non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones ange-
lorum: Quomodo ergo implebuntur scripturæ: Sed & paulo ante dixerat: Ecce ueniet
hora, & iam uenit, ut dispergamini unusquisque in propria, & me solum relinquatis. Nimit-
um hæc & cætera huiusmodi similia sunt sermoni, quem hic Ionas mira magnitudine di-
xit: Tollite me, & mittite me in mare, & cessabit mare à uobis. At illi remigabant, ut reuer-
terentur ad aridam: nam etiam in gladio (sicut iam dictum est) percutere cœperant, ut cum
ipso Domino simul euaderent turbam illam, & non ualebant, quia mare ibat, & intumescē-
bat super eos. Paucis enim fortiores erant qui persequebantur eos, præsertim ipso propter
quem tempestas grandis erat, sponte patientiam exhibente: quia necessaria mundo erat eius
passio uel mors. Et clamauerunt ad Bominum, & dixerunt: Quæsumus Domine
ne pereamus in anima uiri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem, quia
tu domine quemadmodum uoluisti, fecisti. Et tulerunt Ionam, & miserunt in ma-
re, et stetit mare a seruoze suo. Et timuerunt uiri timore magno, et immolauerunt
hostias Bominu, & uota uouerunt. I Clamor iste nauarum, dolor siue luctus & fletus
est discipulorum. Quando necessario tulerunt Ionam, & in mare miserunt: tūc clamauerūt,
quia quando consummata sunt omnia, & corpus eius permissum suscipientes sepelierunt,
doloris sui uoces emisserunt, primo centurione (sicut Euangelium refert) dicente: Vere hic
homo iustus erat, & uere homo hic filius dei erat: omnesq; noti eius qui stabant à longe, &
mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa, omnisq; turba eorum qui percutientes pectora
sua reuertebantur: hæc quodammodo dicebant: Quæsumus domine, ne pereamus in ani-
ma uiri istius & cætera. Sed & in eo, quod relicto eo, discipuli omnes fugerunt, Dominū in
mare miserunt: quia dimiserunt, quia solum reliquerunt. Quod ita dimiserunt, infirmita-
tis: quod autem sepelierunt, fuit officij. Vtrolibet modo completum intelligis, cōgrua simi-
litudo istorum, uidelicet, Apostolorum in illis nauigantibus præcessit, qui laborauerunt
quantum potuerunt: remigauerunt, quantum ualuerunt. Et quia nihil proficiebant, tan-
dem tristes & gementes, Prophetam in mare miserunt. Et mare quidem stetit à seruoze
suo, sed uiri timuerunt timore magno, id est, satiati Iudæi scelere suo, cessauerunt persequi
discipulos. At illi propter Magistrum & Dominum suum, fuerunt in dolore maximo.
Et immolauerunt (inquit) hostias Domino, & uotum uouerunt. Hostias immolauerunt
Apostoli, hostias pœnitentiæ & confessionis cum luctu & lachrymis, & ipsi hostiæ sunt fa-
cti uiuentes: præcipueq; Petrus, qui illum negauerat, deslendo ipsam negationem. Hostiam
immolauit in euangelio (quod scribitur scđm Hebræos) Iacobus frater ipsius dñi, quando
denouisse fertur se nō manducaturū panem, nisi prius uideret eum à mortuis resurgentem:
Et præ-

Gene. 3.
Rom. 8.

Luca. 23

Math. 26.

Ibidem, 27.
Luca. 23

Euangelium
secundum He-
bræos.

COMMENTA RUPER ABBA LIB. I.

CAP. II **L** Et preparauit dominus piscem grandem, ut deglutiret Ionam. Et erat Jonas in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus. **Matt. 12.** Piscis iste siue uenter piscis huius autem thore domino cor terrae, id est, sepulchrum significat: Dixit enim: Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terrae, tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terrae, tribus diebus & tribus noctibus. Quamuis ergo dicat ipse Ionas in oratione sua, De uentre inferi clamaui, & exaudisti uocem meam.

Venter inferi cor terrae.

Sic inde intelligimus, & sic intelligendum est, quod non infernum quo anima descendit, sed sepulchrum quo corpus reconditum est, uenter piscis significet. Quod si per cor terrae infernum quis intelligendum esse contendat, eo quod profunda, siue inferiora terrae credatur inferius esse, iuxta quod de Dathan & Abyron, quos terra sorbuit ibidem scriptum est: Descenderuntque uiui in infernum, operi humo, respondeat: Quomodo anima domini, tribus diebus & tribus noctibus in inferno fuisse credenda sit, cum potius eadem die, qua de corpore emissa est, contracto inferno, paradysum introierit: iuxta quod ipse latroni confitenti dixit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Igitur preparauit dominus piscem grandem, ut deglutiret Ionam, id est, prouidit, ut dominicum corpus in terra, quae gradi uentre mortis cunctos suscipit homines, paratam haberet sepulturam. Quomodo uel quando preparauit: Equidem inspirando Ioseph iustum, quatenus eum sepeliret, hoc preparauit. Quod est aliud praecelarius, in quo huius rei praeparationem admireris, uidelicet decretum, siue auctoritas sanctae ac mysticae legis. Quando, inquit, peccauerit homo, quod morte plectendum est, & ad iudicium mortis appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur: quia maledictus a deo est qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam quam dominus deus tuus dedit tibi in possessionem. Prouidentiam dei taliter decernentis, satis digne non possumus admirari. Per hoc enim legis decretum scribae & pharisaei miro modo decepti sunt in sua malitia, ut dominum nostrum uere & singulariter benedictum, putarent maledictum fieri pro tali genere mortis, & capti sunt, ut uel lent non esset, sepultura non careret ipse quem insatiabili odio sunt persecuti. Decepti, inquit, sunt, qui legentes maledictus a deo qui pendet in ligno, non attenderunt quod praemissum est: quando peccauerit homo, quod morte plectendum est. Hoc enim praemittendo sacra & iusta lex maledictum astruit, non ex poena esse, sed ex causa siue culpa. Ipsi autem aestimari uoluerunt, quod maledictum faceret talis poena. Quae autem poscebat causa siue utilitas ut taliter deus filio suo Iesu Christo sepulturam prouideret: Illa nimirum, ut sicut anima eius ad inferos descendendo, animas omnium electorum eriperet, ita corpus eius in terra sepultum, corporibusque per sepulturam sociatum, resurrectionis gratiam illis afferret, resurgendo in primis, ut caetera corpora sequerentur, quod futurum est. Magno itaque & uenerando consilio de sepeliendo omnibus crucifixis data est lex, dicendo haec quae praedicta sunt, ut dum omnes sepelirentur, unus crucifixus sepultura non careret. Sed in eadem (inquit) die sepelietur. Quam ob causam?

Utilitas sepulturae Christi.

Quia maledictus (inquit) a deo est, qui pendet in ligno. Dure quidem sonat, enuntiatio maledicti, ut ipse qui uenit benedictus in nomine domini, maledictus dicatur cum praescripto legis, sed si rite perpendas quod additum est a deo, magna suauitas latet in uerbo alpeo. Longe enim aliud est esse maledictum a deo, & aliud esse maledictum a suo peccato. Nisi quicumque damnatione maledicti sunt, non a deo maledicti sunt, licet eos deus ipse aliquando maledictos esse praenuntiauerit, sicut Cain, cui dixit quidem: Nunc igitur maledictus es super terram, sed non dixit: maledictus es a me, siue ego maledico te. Talium namque maledictio, peccatum ipsorum est. Peccatum autem non est a deo. Vnus ergo & solus dominus super Iesum Christum maledictus a deo fuit, quia maledicta, id est, peccata omni nostrum super tulit, & hoc a deo: Dominus enim (inquit Esaias) posuit in eo iniquitates omnium nostrorum.

Maledictus a deo, solus Christus est.

Quare ergo (inquis) in lectione Apostolice habemus: Christus nos redemit de maledictione legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Vbi scriptum hoc esse meminit, non habetur omnis, & e contrario quod illic habetur a deo est, in Apostolo non inuenis. Sed est sciendum, quia non secundum Hebraicam uersionem, sed secundum uulgatam tunc apud Graecos septuaginta interpretum translationem testimonium posuit, & hoc necessario, quia uidelicet nimis importunum fuisset demonstrare, quod

Gene. 4

super terram, sed non dixit: maledictus es a me, siue ego maledico te. Talium namque maledictio, peccatum ipsorum est. Peccatum autem non est a deo. Vnus ergo & solus dominus super Iesum Christum maledictus a deo fuit, quia maledicta, id est, peccata omni nostrum super tulit, & hoc a deo: Dominus enim (inquit Esaias) posuit in eo iniquitates omnium nostrorum.

Esa. 53

Quare ergo (inquis) in lectione Apostolice habemus: Christus nos redemit de maledictione legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno.

Gala. 3.

Vbi scriptum hoc esse meminit, non habetur omnis, & e contrario quod illic habetur a deo est, in Apostolo non inuenis. Sed est sciendum, quia non secundum Hebraicam uersionem, sed secundum uulgatam tunc apud Graecos septuaginta interpretum translationem testimonium posuit, & hoc necessario, quia uidelicet nimis importunum fuisset demonstrare, quod

Responsio

sed secundum uulgatam tunc apud Graecos septuaginta interpretum translationem testimonium posuit, & hoc necessario, quia uidelicet nimis importunum fuisset demonstrare, quod

aliquid corrigendum esse scripturis, quando ueritatem dei græcis incipiebat commédare de scripturis, & gratiam Christi, qui ut in gentibus benedictionem daret, maledicti opinionem sustinuit apud Iudæos, male intelligentes decreta bonæ & sanctæ legis. Igitur (inquit) in eadem die sepelies eum, & non contaminabis terram tuam quam dñs deus tuus dederit tibi in possessionem. ¶ Quæ est illa terra, quã dñs deus nobis in possessionem dedit, nisi caro Christi, quã ut iam dictum est) sepeliri sanctæ legis author spiritus curauit: Nam terra quam calceamus, quomodo magis sepulto, & in suo sinu suscepto, q̄ in sepulchro crucifixi cadauere cõtaminaretur? Illud potius corpus contaminatur, i. pro cõtaminatõe & immunditia sua abijci tur, cui merito contingit, ut nõ sepeliatur, sicut de quodã pro parte uindictæ dictum est, sepultura afini sepelietur. Hæc idcirco prolixius dicta sunt, ut præparatã legis autoritate sepultura Domino nostro monstrarem, secundum illam præparationem mysticam, siue figuratiuã, de qua sic dictum est: Et præparauit dominus piscem grandem, ut deuoraret Ionam. Illa præparatio, id est, decretum legis, usam fecit alteri præparationi, cuius Ioseph uir iustus minister esse meruit, de qua uidelicet præparatione sic Euãgelia referunt. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, ortus, & in orto monumentum nouum, in quo nondum quisquã positus fuerat. ¶ Et erat Ionas in uentre piscis tribus diebus, & tribus noctibus. Hoc queritur, quomodo secundum hunc typum tres dies & tres noctes dominus in corde terræ fecerit, cum hora nona diei parasceues emissio spiritus sepultus, prima sabbati media nocte surrexerit. Ad quod dicendum idem est quod à sanctis patribus est iam dictum: quia totum à parte intelligimus, ita ut ex eo quod in parasceue mortuus est, unam diem supputemus & noctem, & sabbati alteram: tertiam uero noctem, quæ diei dominicæ mancipatur, ad alterius diei referamus exordium. Nec uero incongrue secundum tropum qui dicitur synecdoche, in tali re totum à parte intelligimus. Dixit enim adhuc uiuens mortalis cum mortalibus, Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te uenio. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quam tuncq; causam dicas, siue intelligas propter q̄ ueraciter dixerit: quia iam in mundo non erat, propter eandem causam consequenter intelligis: quia iam in uentre ceti erat. Erat autem iam uespera, siue nox illum diem præcedens, qua crucifixus, mortuus, & sepultus est. Recte ergo totus ille dies parasceues cum præeunte nocte sepulturæ deputat, quia uidelicet ab illa uespera, siue hora, qua factus in agonia siue cum morte agonizans, traditus & comprehensus est, quicquid de illo uel circa illud actum est, quicquid passus est, descendere fuit in uentre ceti, ire in cor terræ, & quippe cum secundum cor suum de illo faceret, illi qui intendebant non caelo sed terræ, non cessaturi donec occisus traderet terræ. De sabbato & præeunte ipsius nocte, nulla est quaestio quin toto die illo quieuerit in sepulchro. Tertij diei media nocte surrexit, sed nõ fuit creditum quod resurrexisset usq; ad uesperam eiusdem tertij diei, quando stans in medio discipulorum suoꝝ dixit eis, pax uobis. Proinde & ille dies cõnumeratur duobus ceteris, ut tres dies sint, & uerum est, quod de semetipsa ueritas dixit. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. ¶ Hic illud quoq; non prætere libet, quia si ab ore qua spiritum tradidit computes usq; ad horam qua surrexit, id est, usq; ad medium noctis, inuenies quia tam in quantitate horarum, quam in quantitate dierum, ternarius fulget numerus sacer & uenerabilis. Nona quippe hora spiritum tradidit, & restabant horæ tres eiusdem diei. Quæ coniunctæ noctis & diei sequentis horis uiginti quatuor, & illius qua surrexit, noctis medio, id est, horis sex, nimirum faciunt trigintatres qui in numero ambo sunt ternarij, alter decenus, alter uero singularis. Item in annis eodem modo, idem numerus considerandus est: quia uidelicet is in quo passus est, annus eius tricesimustertius erat, anno ætatis suæ tricesimo baptizatus est, anno prædicationis suæ tertio passus est. Quid sibi uult talis uel tanta obseruatio numeri ternarij, in dispensatione sanctæ eius humanitatis? Triginta namq; annis, qui numerus (ut iam dictum est) ternarius decenus est, secretus uixit, & tertio suæ prædicationis anno passus est, triginta tribus horis exanimis iacuit, & tertia die resurrexit. Veneramur temporum obseruationem, inesse non dubitantes mysterij dignitatem, quod & si totum, ut est, comprehendere non possumus, illud tamen occurrit, quo non minime delectamur: quia uidelicet Sanctæ Trinitati patri, & filio, & spiritui sancto, quem offendit Adam primus, semetipsum ad satisfaciendum pro nobis

Hiere. 22

Johã. 19.
Quaestio de
tribus diebus
Christi in sepulchro

Iohan. 17

Ibidem. 20

Mysterium numeri, scilicet, trigintatres.

Peccatū Adar

nobis offerebat iste Adam secundus. Ille nanq̄ factus cooperante simulq̄ quodāmodo fir-
dium uenerabiliter adhibente om̄ipotentia totius trinitatis ad gloriā suam, secundū hęc uo-
ba, faciamus hoīem ad imaginē & similitudinem nostrā, sic offendit, ut propofitā dei con-
mneret similitudinē, perdendo fidem, amittendo spem, non habendo charitatē. Fidem quip-
pe perdidit, qui serpenti magis q̄ deo credidit, serpenti dicēti, nequa q̄ morte moriemini, magis
attendit q̄ deo dicenti, in quocunq̄ die comederitis ex eo morte moriemini. Spem amittit
qui peccati conscius ad latebras confugit, ut absconderet se à facie domini. Charitatē nō ha-
buit, qui requirentē se, & arguentem deum à se superba defensione reppulit. Sic ille offen-
dit sanctam trinitatem, & dei perdidit similitudinem: hic autē ad hoc uenerat, ad hoc homo
natus erat, ut suscepta à deo humanitas, homini sanctam placaret trinitatē, & in hominibus
reformaret dei similitudinem. Delectet ergo, quod satisfaciens diuinitati in omnibus supra
dictis ternariū numēz obseruauit. ¶ Ad de q̄ adhuc pulcherrimū est, quia tribus idem die
noster passionibus est consummatus, & flagellis cæsus, crucifixus, laucea trāfixus, inter duo
os latrones ip̄e tertius pro latrone Barraba commutatus. Merito ergo placata trinitas suam
confestim generi humano faciem cœpit ostendere, eductis om̄ibus de regione tenebrarum
qui uenturi huius fidem habentes ex hac uita migrauerant, & prædicari uoluit nobis reuol-
uis ut baptizaremur in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Nunc cætera persequamur.

Gene. 3.

Et orauit Jonas de ventre piscis ad dominum deum suum, & dixit: Clamauit de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me. ¶ Quod dixit, & orauit Ionas ad domi-
num deum suum de utero piscis, & dixit: Intelligimus eum postq̄ in utero piscis sospitem se
esse senserit, non desperasse de domini misericordia, & totum ad obsecrationē esse conuer-
sum. Deus enim qui dixerat de iusto, cum ipso sum in tribulatione, & cum inuocauerit me,
dicam ad eū, adsum, adfuit ei. Et dicere potest: quia exauditus est, in tribulatione dilatati me
& orauit (ingr) Ionas. Si Ionas dñi typus ē, & ex eo, qd̄ tribus diebus & tribus noctibus in ce-
ro ceti fuit, passionem eius indicat, debet & oratio illius typ⁹ esse dominicæ oratōis. Proinde
de primo secundum ipsius Iong: deinde secundum personam saluatoris hęc orationem per-
tractemus. Clamauit de tribulatōe mea ad dñm, & exaudiuit me. ¶ **De ventre inferi clam-**

Psal. 90

Esa. 58

Crasio Ionæ

maui, & exaudisti uocem meam. ¶ Non dixit, clamo, sed clamauit: nec de futuro precatur,
sed de præterito gratias agit, indicās quod eo tempore quo præcipitatus in mare uidit cetū,
& tantam corporis molem, & immanes rictus aperto ore se sorbere, domini recordatus sit,
& clamauerit uel aquis cedentibus, & clamore inueniēte locum, uel toto cordis affectu, qui
utiq̄ in auribus dei clamor est magnus, & clamauerit ei, qui solus nouit corda hominum, qui
loquitur ad Moſen, quid clamas ad me, cum utiq̄ nil ante hęc uocem clamasse Moſen scri-
ptura cōmemoret. De huius mundi clamore & Apostolus: clamātes, inquit, in cordibus ue-
stris abba pater. Ventrem inferi, aluū ceti præ magnitudine eius dicit. ¶ **Et proiecisti me**

Exo. 14.

Rom. 8.

in profundum, in cor maris, & flumen circumdedit me. ¶ Coniunctiōis per quam sic dicit,
& proiecisti me, hic est sensus, Me clamāte exaudisti uocem meā, & cum exaudires, nō
hilominus proiecisti me in profundū, subauditur, ut ad maiorem uirtutis tuæ gloriā eripe-
res me: quia rursus uidebo templū sanctū tuū. Proiecisti me in profundum, & nō solum in
profundum, quod potuisset fieri, uel esse propellitora, uel nō longe ab arida, sed in cor maris,
id est, in medio maris. Nam cor animalis in medio est: & idcirco per metaphorā cor maris
intelligimus mediū maris. Et flumen (ait) circumdedit me, id est, inundatio maris fluens
refluens undiq̄ uallauit me. Hoc ipsum repetēs, dicit. ¶ **Omnes gurgites tui, & fluctus tui**

Cor maris

super me transierunt. ¶ Tuo autē gurgites, & tuos fluctus dico, nō solum quia tu fecisti
eos, sicut supra dixerā, & dñm deum ego timeo, qui fecit mare & aridam, uergetiā qui me
eos mouisti propter me, nec intumescere iussisti super me. ¶ **Et ego dixi: Abiectus sum**
a conspectu oculorum tuorum, ueruntamen rursus uidebo templum sanctum tuum. ¶ Notandū quod nō tunc primū dicere, sed dixisse se asserit, abiectus sum à conspectu
oculorū tuorū, ueruntamen rursus uidebo tēplum sanctū tuum. Constat ergo quod quodā
in mare mittebatur, in illa tribulatione secundū multitudinē dolorū eius, & consolatioes illi
lætificauerunt animā eius, prophetica illi gratia sese infundēte abundātius atq̄ clementius,
ut sciret quoniā de tam profunda abiectione adhuc mirabiliter subleuaretur, & adhuc
uocis

uens inter uiuentes ueniret ad templū domini cū hostijs & muneribus, cōpetentes gratias mirabili deo relaturus. Quod in illa se dixisse asserit, cōfirmat in uentre ceti his uerbis. **Cir** cū dederūt me aquę usq; ad animā meā, abyssus uallauit me, pelagus cōoperuit caput meū: Ad extrema montiū descendi, terrę uectes cōcluserūt me in eternū: Et subleuabis de corruptione uitā meā, dñe deus meus. ¶ Cunctis istis declamationibus, q̄bus rē uerissimā ueraciter astruit: Circū dederūt me aquę usq; ad animā meā, abyssus uallauit me, pelagus operuit caput meū: Ad extrema montiū descēdi, terrę uectes cōcluserūt me. Cunctis, inq; istis declamationibus subiūgēdo: Et subleuabis de corruptione uitā meā: competenter altissimo deo dat gloriā, plenissime sciens, & fideliter astruēs: quia quę cūq; uult ille potens est & facere, & quia possibile est apud eum quod apud homines impossibile erat in eternū. Nā propter impossibilitatē hominū, cū dixisset, & terrę uectes circū dederūt me, addidit, in eternū: & propter possibilitatē dei subiunxit: Et subleuabis de corruptione uitā meā, pariterq; addens cū blandientis affectu, domine deus meus. Corruptiōne, de qua subleuari sperat animā suā, uerū ceti dicit, in quo naufragia digerebantur inter quę potuisse hominē seruare, magna est gloria diuinę omnipotentię. Quē admodū & illud: quod tres pueri missi in caminū astuantis incēdij, in tantū illa si fuerūt, ut ne uestimenta quidē eorū odor ignis attingeret, & multa alia quę supra naturā, à dño nature facta sunt. Quām dulce, q̄ salubre est homini qui post continētis uitę tranquillitatē, tentationū fluctus incidit, & fortassis pudicitię naufragiū passus, opus peccati tanq̄ rictus uel in uentre ceti incidit, ppheticę huius orationis reminisci, ut eadē fide, simili cordis contritiōne, tam humilī pietatis affectu, dño deo suo blāditur, qui solus aquas cōsiderat circūdantes, et usq; ad animā intrantes, aquas passionū carnaliū & humani cordis abyssum, pelagus cōcupiscētię, uimq; saeuientis & bullientis naturę, & angustias animę siue conscientię, quę cum infirma sit per semetipsam nō potest euadere, ut respiret & resumat aures salubres castitatis & pudicitię, cupiditatis, uel prauis amoribus cōclusa uel ut q̄busdā uerbis terrę. Sequitur. **Lū** angustiar es in me anima mea, dñi recordatus sum, ut ueniat ad te oratio mea, ad templū sanctū tuū. ¶ Hoc quod iā supra diximus planē hic astruit, q̄ uidelicet hora uel momento, quo mittebat in mare, dixerit, aspiratus gr̄a spūs pphetici, abiectus sum ab oculis tuis, uerū tamē rursum uidebo templū sanctū tuū. Hoc nāq; est, quod nūc ait, cum angustia retur in me anima mea, domini recordatus sum, ut ueniat ad te oratio mea, ad templū sanctū tuū. Et considerandū quod nouo genere oratio fiat pro oratione, dū precatur oratio sua cōscēdat ad templū dei. Et in hoc magnę fidēi firmitas animaduertēda est. Circū datus aquis, uallatus abyssis, coopertus pelago, cōclusus uerbis terrę, nō dubitat aut interrogat utrum orationē suam possit deus audire, utrū auris eius illic possit adesse, & de uentre ceti, quid sibi dicatur auditu percipere, sed certū habens penes se, q̄ dū nihil usq; latere potest, orat fideliter, ut orationi deū tantis tamq; profundis angustijs ad se erumpere gestienti, uiam ipse faciat, uenientē ipse suscipiat. Magna hęc fides, magnū meritū habet, coram deo honorabilis est, quia docta siue erudita est sanctiāq; scientiam habet. Quid em̄? Nonne oratio fidelis de boni uerbi radice pcedit? Vbi aut uerbi radicatū, siue unde natū est nisi de corde dei patris, qui, ut fides catholica firmiter tenet, uerbi boni genitor est, uerbi æterni quod & ipsum deus est? Vbi cūq; ergo cōclusus homo siue hominis spūs, ubi cūq; fuerit coangustatus, siue inferni, siue terrę uerbis, si apud se habet uerbi fidei, dū orat, non potest nesciri, quin in dō ipso fidei uerbo uiscera dei, cor patris altissimi fortiter tangit, unde est origo uerbi boni. Nos ergo ex eo quod ait, cū angustia retur in me anima mea, dñi recordatus sum, hanc eruditionē capiamus, ut nouerimus eo tēpore, quo deficit anima nostra, & à corporis compage diuellitur, nō nos debere aliō cogitationē uertere, nisi ad eum qui & in corpore, & extra corpus noster est dñs, quia sic nostra oratio perueniet ad templū sanctū eius, ad ipsam altitudinē celi cuius immensitas magna domus, et sanctū est templum eius. Hoc facere possunt, hanc fidē penes se in illo mortis articulo illi habere uel retinere queūt, qui in corpore uiuentes ueritatē dilexerūt, E contra qui mendatiū diligūt, in illa hora magnitudine horrore p̄focati, uerbi bonum inuenire non possunt. Vnde & protinus sequitur. **Qui** custodiunt uanitates, frustra misericordiā tuam derelinquunt. ¶ Non dixit, **X** qui fa?

Danic. 3.

Firmitas fidei in Iona.

Verbū fidei, uerbū bonū.

COMMENTA RVPER ABBA LIB I

qui faciunt uanitates, uanitas quippe uanitatū, & oia uanitas, ne dānare uideretur uniuersis
 & cūcto generi hūano denegare misericordiā, sed q̄ custodiūt uanitates siue mendaciū, qui
 Eccl. 1. Custodire uanitates. transferūt in affectū cordis, q̄ uanitates nō solū faciūt, sed ita custodiūt, quasi diligāt & p̄u-
 tent se inuenisse thesaurū. Misericordiā (inquit) suā derelinquūt. Licet offensa sit miserieor-
 dia, quā nos ip̄m possumus intelligere deū, deus em̄ meus misericordiā mea, inquit Psalmis
 Psal. 78. sta, tū eos q̄ custodiūt uanitates nō derelinquit, nō detestatur, sed expectat ut redeāt, illi uer-
 ro stātē misericordiā, & ultro se offerentē sponte propria derelinquūt. **L. Ego autē cū uoce**
laudis immolabo tibi, quecūq; uouē, reddā pro salute mea dño. Sentus iste est: Ego
 autē & si uanitatē feci, nō custodio illā, sed potius uotū uoueo tibi, uotū corrigēdi, uotū obe-
 diendi & p̄gendi quocūq; iusseris, & hāc obedientiā immolabo tibi in uoce laudis, hāc uo-
 ta pro salute mea dño. Vanitas quippe fuit, q̄ in Niuiuen ciuitatē mar-
 gnā, & p̄dicarē in ea, p̄occupauit ut fugerē à facie tua in Tharsis, metuēs ne cōdemnaretur
 Correatio & cōfessio Iona: Israhel impcēnitēs, p̄cēnitentiā à gente Niuiue, & affectū gētis meę p̄ferens uolūtati tuę
 sed hāc ipsam uanitatē, nō custodiā, id est, in hac intētiōne nō p̄stā, p̄sentē uexatione com-
 monitus, q̄ tua uolūtās sequēda sit magis q̄ carnis affectus. Infelix Israhel tācūq; crebris
 malis flagellat⁹, adhuc uanitates custodit p̄naciter, colēdo uitulos aureos, q̄s Hieroboāte
 cit artifex uanitatis, nullius q̄ppe regis sui, t̄pe aliquo à p̄ctis suis recessit, & hoc agēdo mi-
 sericordiā suā dereliquit, Ego autē adhuc illi cōdolens, uanū habui cōsiliū, ut à facie tua fu-
 gerē, sed nūc in tribulatione hac, uanitatē illā nō custodio, intētiōne huiusmodi abijcio,
 Q̄ si nō facerem, misericordiā meam frustra derelinquerē: frustra, inquam, quia nullū ex
 inde fructū cōsequer, neq; is, propter quē fugi à facie tua, refuga dei sui Israhel. Igitur
 misericordiā mea cōsequer me nō derelinquat, quā ego misericordiā nō derelinquo, q̄ non
 nisi derelinquētes se derelinquere cōsueuit, & nō, nisi impcēnitētibz, unquam se abscon-
 dit. **L. Et dixit dominus pisci, & euomuit Jonā in aridā.** Magnū hoc opus, & testimo-
 niū euidēs bonitatis, & omnipotētię dei, qui aurē suā illuc usq; inclinauit, & qd̄ in uentre co-
 ti ageretur, qd̄ fides loqueret, qd̄ oratio moliret, audiuit & appēdit, dixitq; & dicere potuit
 pisci, ut euomeret Ionā, & hoc utiq; nō in aquā, ubi periclitaret, sed in aridā, ubi seruaretur.
 Dixit hoc plane nō motis labijs, q̄ nō habuit, neq; uoce elemētari, sed illo uerbo p̄ qd̄ & ce-
 tū, & ipsum mare fecit. Illius uerbi uirtute p̄essus uenter beluę, prophetā reddidit, q̄o &
 ubi ipsum uerbū uoluit. ¶ Nunc iā ad dñi nostri Iesu Christi personā, iuxta propositum, p̄-
 uertentes, hanc ipsam orationē, secundū ipsum reuoluamus, quia (sicut iā diximus) hęc or-
 ratio prophetę orationis eius typus est. Clamaui de tribulatione mea ad dñm, & exaudiuit
 me. Apostolū in primis loquentē audiamus. Qui in diebus (inquit) carnis suę preces sup-
 plicationesq; ad eū qui possit saluū illū facere à morte, clamore ualido et lachrymis ostēdit
 exauditus est pro sua reuerētia. Dicat ergo Christus, clamaui, q̄ reuera clamore ualido cō-
 lachrymis clamauit. Vnde clamauit: De tribulatione mea (inqt) de uentre inferi. Duo dicit,
 de tribulatione et de uentre inferi. Tribulatio fuit illi angustia passionis, et de qua clamauit
 ita, ut Euāgelista refert, q̄ positus genibus, factus in agonia, prolixius orauit, et factus est su-
 dor eius sicut guttę sanguinis decurrētis in terrā. Ab illa hora usq; dū clamās uoce magna,
 spiritū traderet, clamore ualido clamauit. Venter inferi, descēsus eius ad inferos fuit, totaq;
 absconso siue depressio corporis eius q̄ diu in sepulchro iacuit. Equidē de tribulatione q̄
 clamauerit, ab hominibus p̄sentialiter auditū est. Dixit em̄ inter alia quę audita sunt: re-
 ore clamantis: Heli heli, lamazabatani, hoc est, Deus meus deus meus, ut quid derelinquē-
 me? Et in cōsummatione tribulatiōis clamās dixit. Pater, in manus tuas cōmendo sp̄m meū
 Luc. 23. Porro de uentre inferi, quid clamauerit, auditū non potuit à quoq; mortali, sed anteq; ip̄s
 hūc mundū ueniret, sp̄s eius sanctus in sancta scriptura p̄ dixit, quid clamaturus esset in
 cut et illa quę, sicut iā diximus, clamās auditus est: deus meus deus meus, ut quid derelinquē-
 Plal. 87. sti me: et, pater in manus tuas cōmendo spiritū meū. Deniq; psalmus ille: Dñe deus salu-
 meę in die clamaui et nocte corā te: Intret in cōspectu tuo oratio mea, & c. usq; ad finē
 dē psalmi. uerba sunt clamoris eius de uentre inferi, postulatā celebrē glorificationē uocē
 ctionis, qd̄ sine dubio prudēs lector aduertit. Igitur de tribulatiōe mea (inqt) clamaui ad
 minū, subauditur, pro transgressoribus exorans, ut nō perirēt: Et exaudiuit me, ut uideat

Oratio Chris-
 sti, oratiōe lo-
 naz p̄figurata
 Heb. 5.

Luc. 22

Matt. 27

Luc. 23

Plal. 87

propter passionē meā solueretur peccatū puaricationis Adæ, & omnia delent peccata cre-
 dentiū in me. De uētre inferi clamaui, & exaudisti uocē meā, subauditur ut nō derelinque-
 res in inferno aiā meā, nec dares sanctū tuū uidere corruptionē. Et proiecisti me in profun-
 dū, in cor maris, & flumē circūdedit me. Oēs gurgites tui, & fluctus tui sup me trāserunt.
 Sensus iste est. Secundū rei ueritatē exaudisti me, & secundū estimationē hominū proiecisti
 me, iuxta Psalmū p̄memoratū, æstimatus sum cū descēdentibus in lacum, & iuxta alterius
 psalmi uersiculū: Tu uero reppulisti & despexisti, distulisti Christū tuū. Hōc em̄ uideba-
 tur illis, qui insultantes & capita sua mouentes dicebant: Confidit in deo, liberet eū nunc si
 uult. Itaq; secūdū æstimationē illorū proiecisti me, in profundū, in cor maris, id ē, in omne
 quod uoluerūt de me facere seditiōi Iudæi similes mari, & flumen circūdedit me, uidelicet
 affluens tribulatio, qua non parcētes affligerūt me. Illi omēs gurgites tui, illi oēs fluctus
 tui, quos passus sum, super me transierūt, id est sine dubio transibūt, neq; em̄ permanebunt,
 sed celerē finē habebūt. Tui nāq; fuerūt gurgites, tui fluctus, quia uidelicet nō in ipsorum
 qui me affligerūt, sed in tua potestate erat, quiq; in undarēt sup me fluctuantes infanīæ illo-
 rū. Et ego dixi: Abiectus sum à conspectu oculorū tuorū, uerūtamen rursus uidebo tēplū
 sanctū tuū. Sicut iā dixi: quia proiecisti me in profundū, ita nunc repetens, & ego dixi, inqt,
 Abiectus sum à conspectu oculorū tuorū, subauditur secundū æstimationē illorū, sed se-
 cūdū rei ueritatē, rursus uidebo tēplū sanctū tuū, id est, ego aīā q̄ descēdi ad inferos, rursus
 ingrediar et resumā corpus meū, qd̄ est templū sanctū tuū, iuxta illud: Soluite templū hoc
 & tribus diebus excitabo illud. Hoc aut̄ inquit Euangelista, dicebat de tēplo corporis sui.
 Videmus factū, credimus, propter quod & loquimur, adimpletū, q̄ gurgites tui deus, gur-
 gites mortalitatis, & omniū fluctus miseriarū, quascūq; induxisti super nos, propter puar-
 catoris Adæ peccatū, super eū transierūt, & finē habēt, & ipse rursus uidit templū sanctū
 tuū, id est resumpsit corpus quod principaliter est templū sanctū tuū, & nunc in medio ec-
 clesīæ est, quæ & ipsa secūdariē dicitur, & est templū sanctū tuū: & nunc in gaudio uidet
 illud templū sanctū tuum: Quēadmodū dixerat: Iterum autē uidebo uos, & gaudebit cor
 uestrū. Vbi aut̄ uel in quo dixerit, qd̄ nūc se dixisse memorat his uerbis & ego dixi: Abie-
 ctus sum à conspectu oculorū tuorū, Psalmista sam ante hunc Ionā in quo idem Christus
 loquitur, prædixerat in persona ipsius. Ego aut̄ dixi in excessu mentis meæ, proiectus sum
 à facie oculorū tuorū. Nam qd̄ ait ego dixi in excessu mentis meæ, idem est ac si dicat, ego
 præuidi in pfunditate intellectus, q̄ excedit intelligentiā omnis creaturæ, subiūgens, ideo
 exaudisti uocē oratiōis meæ, dū clamare ad te, qd̄ et in isto p̄missum ē, de uētre inferi clama-
 ui, & exaudisti uocē meā, siue clamaui de tribulatiōe mea ad d̄m, & exaudiuisti me. ¶ In te-
 rea cōsiderare ppulchrū est, quō itē in alio loco dicat ipse. In die tribulationis meæ clamaui
 ad te quia exaudisti me. Maiorē quippe habet uim in sensu talis dictio, clamaui ad te quia
 exaudisti me, quā si ita dictū esset, exaudisti me quia clamaui ad te. Deniq; oēs sancti idcir-
 co exauditi sunt, q̄ clamauerūt, iste aut̄ sanctus sanctorū solus est, qui ueraciter dicat clama-
 ui quia exaudisti me. Ipse ē em̄ electus ex milibus, qui solus iccirco uenit in hūc mundū cla-
 mare pro omnibus, quia sciuit qd̄ pro sua reuerētia foret exaudiendus. Hoc ipse in Psalmo
 innues, p̄ os p̄phetæ loquitur. Holocaustū & pro peccato nō postulasti, tūc dixi, ecce uen-
 io. Et ē sensus: Cū ego intelligerē qd̄ illa de brutis animātibus sacrificia nolles, qd̄ nullus
 ex omnibus iustis de peccato ad plenū satisfaceret, tūc dixi, ecce uenio, sciēs sine dubio fu-
 rurū esse qd̄ satisfaciētē pro omnibus & clamantē audires me. Hinc est qd̄ clamās magna
 uoce ad monumētū Lazari, nō orat exaudiri se, sed pater, inquit, gr̄as ego tibi qm̄ exaudisti
 me, ego aut̄ sciebā q̄ semp me amasti me audis, Breuiter aut̄ concludendū est, q̄ solus iste
 est, qui dicat clamaui ad te, quia exaudisti me, sanctus aut̄ quilibet dicat, quia clamaui ad te
 exaudisti me. Sequitur: Circūdederunt me aquæ usq; ad animā meam abyssus uallauit
 me, & pelagus cooperuit caput meum, ad extrema montū descendendi, terræ ueci escōcluse-
 runt me in æternum, & subleuabis de corruptione uitā meā domine deus meus. Quo-
 niam in typo Christi propheta eius, & passus est & precem fudit, perpulchrum est singu-
 las uoces istas ostendere prolatas, secundum ordinem passionis Christi, sicut actuum passio-
 nis eiusdem ordo processit. Circūdederunt me, inquit, aquæ usq; ad animā meam, Nimi-

Psal. 18.

Psal. 37

Psal. 28.

Matth. 27.

Corpus Chri-
 sti, tēplū sanc-
 tum dei.
 Iohan. 2.

Ibid. 16.

Psal. 30.

Psal. 28.

Solus Ch̄sus
 uere dicit.
 Clamaui ad
 te, quia exau-
 diuisti me.

Psal. 39.

Iohan. 11.

- Ibid. rum quādo collegerūt pontifices & pharisæi consiliū dicētes. Quid facimus, quia hic ha-
mo multa signa facit &c. atq; ab illo die cogitauerūt ut interficerēt eū, tunc circūdedit
eum aqua usq; ad animā, quia mortis eius quasi iudiciariā præfinierūt sententiā. Abyssus
inquit, uallauit me. Iudas enim qui tradebat eum cum accepisset cohortem, & à pontifici-
Ibid. 78. bus & pharisæis ministros, uenit cū laternis, & facibus & armis, tunc utiq; dominū uolens
abyssus uallauit, abyssus uide licet iniquitatis, tenebrosū machinās secretū, secundū
& ipse iudicans dicit: Sed hæc est hora uestra & potestas tenebrarū & pelagus cooperat
caput meū. Profecto quando principe sacerdotum dicente: Adiuro te per deū uiuū, ut di-
Math. 26. cas nobis, si tu es Chrus filius dei? Respōdit, tu dixisti. Et propter hoc cōclamauerūt disci-
pulos: Reus est mortis, & expuerūt in faciē eius, & colaphis eū ceciderūt, & palmas ei in faciē
em dederūt, tūc pelagus caput eius operuit. Ad extrema montium descēdit, Veraciter eū
ad petitionē dicentiū: Tolle tolle, crucifige eum, & nō hunc dimittas nobis, sed Barabam
& inter sceleratos reputatus est, & medius duorū latronum crucifixus est, tunc ad extrema
sive nouissima montiū descendit, ita ut ueraciter de illo propheta prædixerit. Non est
Esai. 53. es ei neq; decor, & uidimus eū, & nō erat aspectus, & desiderauimus eū despectū, & non
simū uirorū. Terræ uectes cōcluserūt me in æternū. Reuera qñ cōuenērūt principes sacer-
dotū & pharisæi ad pilatū dicentes: Iube ergo custodiri sepulchrū eius usq; ad diem tertium
Matt. 27. ne forte ueniant discipuli eius & furetur eū, & illo dicente: Habetis custodiā, ite custodite
sicut scitis. Illi abeūtes munierūt sepulchrū, signātes lapide cū custodibus, tūc tertio die
cōcluserūt eū in æternū secundū æstimationē illorū, qui gauisi sunt sup eo, nō putantes
resurgeret, sed quod periret nomen eius in æternū. Hoc erat falsū gaudiū, & uana spes illo-
rum. Porro secundū rei ueritatem futurum erat, ut non uideret caro eius corruptionem.
Ait ergo: Et subleuabis de corruptione uitam meā dñe deus meus. i. conclusum uectibus
terræ, oppressum signato lapide resurgere facies me tu qui es dñs & deus meus, cuius ego
seruus & creatura sum, secundū formā serui, secundū humanitatem, cuius examine corporis
uectibus terræ concludi potuit. Sequitur: Cū angustiaretur in me anima mea, dñi recorda-
tus sum, ut ueniat ad te oratio mea, ad templū sanctū tuū. Angustiam animæ suæ uectibus
Ibid. 26. patētibus ipse indicauit dicēs: Tristis est anima mea usq; ad mortē. Amplius autē sudor eius
Lucæ 22. angustia animæ eius patefecit, qui iuxta aliū euangelistam factus in agonia, diu proli-
us oraret, sudorem emisit, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in ter-
rā. Tunc, inq; dñi recordatus sum, in eo uidelicet, ut consilio siue pposito diuinitatis postpo-
nerem sensum, uel affectum carnis dicēdo, ueruntamē nō mea uoluntas, sed tua sit. Quia
nā illa uoluntas erat: Ut ueniat, inquit, ad te oratio mea, ad templū sanctū tuum. Hoc uol-
bas tu, ut per passionem meā gētes saluarem, quemadmodum in persona mea spū sancti
Psal. 7. per os David prelocutus est dicēs: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui
te, postula à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionē tuos terminos terræ.
Hoc erat beneplacitū coram te ut taliter postulare, imò ego ipse & sacrificium & oratio
pro gentibus moriendo fierem. Iudæos autem quamuis cognatos siue contribules meos, &
humanitatis affectu illis non præferrem, imò relinquerē. Quare? Nimirum quia gentibus
pccnitentiā agentibus, isti inpcnites permanent, & hoc est, quod cōtinuo sequitur. Qui
custodiunt uanitates, frustra misericordiam suam derelinquunt. Quomodo Iudæi uanitates
Vanitates Iudæorum contra Christum
custodierunt? Vere multo labore, & mira obstinatione, cuius cū indicia multa sunt, hoc
duo tantum pro testimonio commemorare, ad præsentem pertinet locum. Postquam enim
occiderunt, solliciti fuerunt munire sepulchrū, signantes lapidem cū custodibus, caute
istam fingentes, ne forte ueniant discipuli eius & furentur eū. Veraciter autē hoc intendebat
tes, quod & si post tres dies reuiuisceret, sicut recordabantur eū prædixisse, non posset pro-
Mat. 28. dire lapide oppressus, & sicut hic habemus, uectibus terræ conclusus. Deinde cū quidam
de custodibus uenissent in ciuitatem & nūciansent principibus sacerdotū, omnia quæ facta
fuerant, illi congregati cum senioribus consilio accepto, pecuniā copiosam dederunt illi-
tibus dicentes. Dicite quia discipuli eius uenerunt nocte, & furati sunt eum nobis dicētes
tribus. Ita laborauerunt custodire uanitatem suam, ut etiā pecuniā darent copiosam, propter
uanitatem custodiendā, ut in mēdacio detinere possent ueritatem dei. Quæ uanitas magna est.

est & maior, q̄ ut uerbis eā quis possit cōse qui. Hoc ergo facientes, misericordiā suā relinque-
runt, id est grām remissionis peccatorū sperauerūt. ¶ Vnde notandū, quia nō dixi, qui faci-
unt uanitates, frustra misericordiā suā derelinquent. Neq; em̄ aditū misericordiæ perdidit
sem, pro eo q̄ occidendo Christū, uanitatē fecerunt, nisi etiā permanēdo in incredulitate,
suāq; perfidiā ponēdo cōtra fidē euāgelij, uanitates custodissent. Proinde multo melius di-
ctū est, misericordiā suā dereliquerūt, q̄ si dicas, misericordia sua illos dereliquit, q̄ uideli-
cet misericordiā nullū derelinquit, sed eā derelinquunt oēs custodes uanitatis, oēs defenso-
res perpetratæ iniquitatis. ¶ Illud quoq; nō prætereundū, qd̄ dicendo derelinquent miseri-
cordiā, addit suā, quia uidelicet propheticus (ut iā tractauimus de Iudæis) sermo est, quorū
Christus primū misericordiā est. Eorū em̄ adoptio est filiorū, ut ait Ap̄tus, & gloria & tes-
tamentū, & legislatio, & obsequiū, & promissa, quorū patres & ex quibus Christus secun-
dū carnē, qui est sup̄ omnia deus benedictus in secula amē. Igitur Iudæi uanitates custodi-
endo idē uerbū dei repellēdo, & indignos uitæ æternæ semetipsos iudicādo, misericordiā
suā dereliquerūt, & misericordiā nō derelinquentē, imō uisitantē eos repulerūt, tēpus uisita-
tionis suæ cognoscere nolētes, nō misericordiā sempiternā, sed gloriā tēporalē quærentes.
¶ Sed uide adhuc qd̄ dicturus misericordiā suā derelinquēt, p̄misit frustra. Neq; em̄ saltem
hoc seruare poterūt, qd̄ occidēdo Christū, sibi met referuare putauerūt, scilicet locū & gē-
tē, imō & lucrosū tēplū uel sacerdotij sui priuilegiū, pro q̄ cōtra oēs gētes spū superbiæ ni-
mis elati, nomē magnū & grande emolumentū, tanq̄ peculiaris unius dei populus capiebāt
de toto orbe terrarū. Nō est factū secundū spem illoꝝ, sed sicut ipsi uerbū dei repellēdo, ut
iā dictū est, indignos uitæ æternæ, semetipsos iudicauerūt, ita etiā felicitate p̄sentis uitæ in-
digni iudicati sunt, ut caderēt in ore gladij, & amisso loco, ducerētur in oēs gētes captiui. E-
go aut̄ in uoce laudis immolabo tibi, quæcūq; uoui reddā pro salute mea dño. Illi aut̄ mise-
ricordiā suā derelinquūt, sed propter eos misericordiæ laus & gloria minor nō erit. Nā ego
in uoce laudis immolabo tibi, linguas alias pro linguis eorū acquirā, ut cantēt tibi, sicut alibi
scriptū est: Propterea cōfitebor tibi in populis, & psalmū dicā tibi in gētibus. Quæcūq; uo-
ui reddā pro salute mea dño, id est, ita gentes notitia tui nominis instrua, ita tuæ dilectionis
igne accendā, ut uota multo plura q̄ unq̄ Iudæi uouerūt, pro salute sua uoueant & reddant
Hæc ita dicit ut obediēs, quippe ut Ap̄tus ait, didicit ex hīs q̄ passus est, obedientiā. Siquidē
passionibus & ipsa morte eruditus est ad impassibilitatē, qui eatenus passibilis pro carnis af-
fectu, flicerat sup̄ gentē suā, sicq; immutatus est cūctis affectibus eiusmodi depositis, ut pa-
ratā uoluntatē haberet, relinquere illis domū suā desertā, & cōuerti ad gentes. Eius taliter
eruditi uox illa p̄ psalmistā deprompta est: Paratū cor meū deus, paratū cor meū, cantabo
& psallā in gloria mea. Nā qd̄ protinus sequitur: Exurge gloria mea, exurge psalteriū & ci-
thara, uox est patris siue diuinitatis, carnē de sepulchro suscitans. Vnde & in hoc propheta
in typū eius cōtinuo subiunctū est: Et dixit dñs pisci, & euomuit Ionā in aridā. Dixit enim
dñs terræ et morti, et hūc dñm nostrū Iesum Christum qui erat mortuus, reddidit ad uitam
solutis inferni doloribus, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab illo.

¶ Finis libri primi in Ionam prophetam.

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS IN IONAM PROPHE TAM
COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.

IAm in typū domini nostri Iesu Christi, qui (ut supra memorauimus) secun-
dum Apostolum didicit ex his quæ passus est obedientiam, Ionas quoq; do-
ctus erat per tribulationis magnitudinem obediendum esse imperio cœlesti,
& ad hoc promptam gerebat uoluntatem, uoto astrictus in uentre ceti, sicut
& ipse indicat, dicendo: Quæcūq; uoui, reddam pro salute mea domino.
Hoc uotum prospiciens dixerat dominus pisci, et euomuit Ionam in aridam. His enarratis
X 3 sequitur

Ro. 9.

Psal. 76

Heb. 5.

Psal. 107.

Act. 2.